

EPISTOLA.

inse^tationibus si intelligerem quæ ab ipso dicuntur, non nihil liberet verborum facere, quasi controuersando. Nunc vereor, ne, si quid à me commo^retur, existat aliquis, qui quasi de arcanis non initiatum me temere garrire prædicet. De his igitur plus modo verborum non sumus facturi. Quæ autem non nihil illustrantia Nicomachea latine studuimus exponi, ea descriptissimus ex libro accepto aliquando ab Hieronymo Pamgertnero, interpretati omnia fideliter, Sed oratione aliquantulum à vulgari forma abdueta. De quo longum esset referre rationes, neq; id iam faciendum esse duxi. Hoc audeam affirmare: Si quis non adhbeat studio isti mediocrem saltem sermonis Græci noticiam, eum vix esse omni sua contentione assecuturū liberalis in hoc genere doctrinæ.

A 4 nœco